



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XXXVII. S. Liberivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

Iature eos, & ad solatium defensionis capitula Nicæni Concilij, quæ apud eos malorum violentia iam non erant, transmittere in eadem se dicit. Hic ordinavit Episcopos 27. presbyteros 25. diaconos 6. qui Nonis Octobris confessor obiit.

XXXVI.

S. IVLIVS.

A. CCCXXXVI

IVLIVS, natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annos 15. menses 2. dies 6. Fuit autem temporibus Constantij hæretici filij Constantini, à Cōsulatu Feliciani & Maximini. Hic decem menses in exilio degens multas tribulationes est passus. post mortem autem prædicti Constantii ad sedem suam est reuersus. Qui imprudentibus Constantio & Constante Augustis Romæ cum 116. Episcopis Synodum habuit, in qua fidem in Nicæno Concilio à 318. orthodoxis Episcopis corroboratam confirmando exposuit, & contra illam omnes sententes omnium decreto anathematizauit. Hic in prima epistola, quam yniuersis Orientalibus Episcopis direxit, multiplicitate ac rationabiliter eos à calumniis fratrum documentis retrahere nititur, præponens eis multa ex Nicæni Concilii capitulis, & ex suorum prædecessorum decretis confirmans & ipse eadem cum omnibus Apostolicæ regulæ subiectis. In ea verò epistola, quam eisdem orientalibus Episcopis hæreticis scripsit, diserto ac libero ore eos de insolentia, quam contra Romanam Ecclesiam habuerant, arguit, & multis capitulis, multorum auctoritate subnexus & in ea positis eos iniustè Athanasium & cæteros Catholicos Episcopos à sedibus expulisse conuicit, & eodem hac de causa vocatos culpables ostendit, quia totiens votati venire distulerint, ita dicens. *Sanè manifestum est eos suum confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire dissulerint, & purgandi se voluntate non utuntur.* Hic etiam constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico diceret, nisi in Ecclesia. Hic ordinavit Episcopos 9. presbyteros 18. diaconos 4. Qui obiit confessor pridie idus Aprilis.

XXXVII.

S. LIBERIVS.

A. CCCLII.

LIBERIVS, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annos 15. menses 7. dies 3. Fuit autem temporibus Constantini usque

E 3 ad Con-

ad Constantium Augustum hæreticum, qui prædictum Papam annis tribus in exilio macerauit, eo quod Arrianæ hæresi consentire noluit. Deinde sacerdotes congregati, in locum Liberii, Fe-
 licem presbyterum Episcopum ordinauerunt. Qui habitò * 47. Episcoporum Concilio, Vrsacum & Valentem presbyteros Arri-
 anæ hæresi consentientes à communione sua, & rectè credenti-
 um separauit. Vnde ipsi furoris zelo accensi consilio inito Con-
 stantii autoritate missa Liberium ab exilio reuocauerunt, hoc vi-
 delicet pacto, vt rebaptizandi solum communione cum eis parti-
 ciparet. Qui prædicto pacto consentiens, retractus est ab exilio,
 & habitauit in cimiterio S. Agnetis, Deinde factò ab Arianis Con-
 cilio Felix vir catholicus est depositus & extra ciuitatem eiectus;
 & habitauit in prædiolo suo via Portuensi. Liberius autem con-
 sentiens Constantio hæretico ad sedem reductus est, non tamen
 ipse rebaptizatus est, sed rebaptizandi consensum præbuit, & te-
 nuit Romanam sedem postea annis 7. & fuit Romæ tam in cle-
 ro, quam in populo magna persecutio. Ordinavit autem Epi-
 scopos nouendecim, presbyteros 18. diaconos 5. Obiit autem 8.
 Kalend. Maii.

Qui antequam Arrianorum communione præuaricator es-
 set factus, Athanasio, & cæteris Orientalibus orthodoxis Episco-
 pis decretalem a epistolam direxit, in qua diligentissimè Concilii
 Nicæni fidem commendat, & pro ipsa seruanda ostendens præmi-
 um & pœnam studiosissimè vnumquemque debere certare hor-
 tatur. Hic item antequam hæresi Arrianæ assentiret, ^b episto-
 lam vniuersaliter omnibus scripsit Episcopis, in qua eos hortatur
 & monet, vt nullus Episcopus pro quibuslibet perturbationibus,
 dum durare poterit, suam relinquat Ecclesiam, nec quietem mo-
 nastrii magis eligat, quam pro populo sibi commisso laborare
 * contendat, ita inter cætera dicens. *Fatuashominū insidias respuere,*
& Patres sequi, & Patrum terminos nō transgredivi, prout Dominus dedit, sat-
agamus, id est, ut nostras Ecclesias relinquere non properemus, dum malis re-
sistere valebimus, aut populos nobis commissos negligere, aut quietem amplius
eligere, quam pro eis laborare, pro quibus etiā animas ponere debemus. Et in-
 ferius in eadem dicit. *Suggestum namque nobis est, quod pro præteritis la-*
boribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibi, & à Deo commis-
*sas relinquunt plebes, & * fratres plures relinquere velint eas, quas tueri de-*
bent Ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasterio-
rum se quieti iam contradere festinent, & vacationem ab Episcopatus labori-
*bus eligere, & silentio atq; otio vitam degere magis * optant, quam in his, que*
sibi

* 48.

^a epist. 1.^b epist. 2.

* intendat

7.q.1.c.sugge-
stum.* & in futuro
plures

* appetant

sibi commissasunt, permanere, dicente Domino. Beatus, qui perseverauerit usq. Matt.10.89
que in finem, & cætera. Ideoque fratres carissimi, non vos afflictionum 24.
anaritudo à pio mentis vestre proposito coarctet recedere. Attendite itaq;
vobis & omni gregi, in quo Spiritus sanctus vos constituit Episcopos regere Eccl.20.
clesiam DEI, quam acquisiuit proprio sanguine suo, ut non sit, qui vos decipiatur,
ac seducat in * sublimitate sermonis, ut plebes vobis commissas relinquatis, & * subtilitate
* alicubi propter opprobrium malorum hominū quieti vos tradatis, ut vos so-
lummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. Item in eadem de ob-
seruatione canonū eosdem ita monet dicens. In nullo patiamini pro-
uidentissima decreta canonum violari, quatenus & Nicænorum canonum in-
stituta, & quæ à nobis, vel à prædecessoribus nostris prouide & salubriter sunt
decreta, intemerata permaneant.

XXXVIII.

S. FELIX. II.

A. ccclv.

FELIX, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annum
1. menses 3. dies 2. Hic declarauit Constantium filium Con-
stantini esse hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio
Nicomediensi. Et quia hoc declarauit, ideo postea prædicti Con-
stantii præcepto capite truncatur in ciuitate Coranna 3. Idus No-
uemb. Hic consecrauit Episcopos 19. presbyteros 21. diaconos 5.
Hic in epistola^a, quam destinauit Athanasio, & vniuersis Ægypti-
orum, Thebaidorum ac Libyorum Episcopis quædam capitula à
sanctis Patribus, tam in Nicæna Synodo, quam in sancta Romana
sede constituta interseruit, quibus prædicti Episcopi fulti inimico-
rum insidias melius possent euadere, quæ & nos huic opusculo
inserere non inutile videtur. Sic autem incipit.

Est autem Synodicis decretum institutis, ut nemo Episcopum penes secu-
lares arbitros accuset, sed apud summos primates. Si quis aduersus Episcopum
causam habuerit, nō prius alios Episcopos adeat, ut eū accuset, quā familiariter
ei indicet suam querelam, & ab eo aut iustum emendationem, aut rationabile
percipiat excusationem ipsa nos instruente Veritate. Si peccauerit in te frater
tuus, vade & corripe eum intra te & ipsum solum: Si te non audierit, ad- Matt.18.
hibe duos vel tres testes. & si vos non audierit, dic Ecclesiæ, id est, tunc accusa
eum publicè, & non prius, & reliqua. Si quis Episcopum post hæc elegerit ac-
cusare, summis Primatibus Episcoporum suam indicet causam, & non secu-
laribus, qui magis ad pacem, quam ad iudicium eos reuocent, ut caritas in o-
mnibus, & ab omnibus custodiatur. Si Primates, aut Episcoporū accusatores cū 5. q. 2. c. si pri-
eis pacificare familiariter minimè poterunt, tunc tempore legitimo eos ad Syn-
odum 3. mates.